

# Ersterwähnung des Ortes: Brüningsen

Erstmals erwähnt: Köln, 28. Juni 1257



Urkundensignatur: LAV NRW W Kollegiatstift St. Patrokli, Soest, Urkunde Nr. 37

Transkription gedruckt in: Westfälisches Urkundenbuch VII, S. 431 Nr. 955

## Regest

Der Dekan Goswin, der Subdekan Konrad und Konrad von Büren, Kanoniker zu Köln, ebenso Winrich und Wilhelm der Domkapitulare zu Köln, klären, als bestellte Schiedsrich-

ter, die Wirrungen zwischen Propst Philipp von Soest und dem Dechanten und Kapitel von Soest-Patroclus bezüglich der Einnahme aus den Höfen des Stifts St. Patroclus.

Die beiden Parteien hatten sich bereits im Vorfeld über die Verwaltung von einzelnen Höfen des Stifts und deren Einnahmen geeinigt (siehe Urkunde von Propst Phillip, WUB VII, Nr. 952).

Ankündigungen der Unterschriften und der Siegel der Dekanten von Köln, des Propstes von Soest und des Kapitels Soest-Patroclus.

*Datum Colonie in vigila sanctorum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M° ducentesimo quinquagesimo septimo.*

## Transkription

1. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Nos Gozwinus decanus, Conradus subdecanus et Conradus de Buren canonici ecclesie Coloniensis in quos a capitulo Coloniensi, nos Winricus et Wilhelmus canonici Coloniensis in
2. quos a Philippo preposito Susatiensi pro se et nos Rutgerus scolasticus, Robertus thesaur[ar]ius et magister Gerlacus canonici Susatienses in quos a capitulo Susatiensi compromissum est in hunc modum. Philippus Dei gratia prepositus ecclesie Susatiensis,
3. decanus et capitulum eiusdem ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis innotescere veritatem. Cum inter nos prepositum ex una parte et nos decanum et capitulum ex altera difficultates et questiones aliquando sint exorte super administra-
4. tione prebendarum de curtibus subscriptis videlicet Prevestinchoven, Bosinchusen, Anedepen, Kaldehof, Nuthenen, Hernen, Kalle cum suis mansis, attinentiis et obventionibus nos tranquillitati et paci prospicere volentes et, ut omnes
5. difficultates et questiones conquiescant, compromisimus. Nos vero prepositus in dicto compromisso pro nobis nominavimus et consensimus in Winricum et Wilhelmum canonicos maioris ecclesie Coloniensis, nos capitulum Susatiense in Rutgerum scolasticum,
6. Robertum thesaurarium et magistrum Gerlacum canonicos ecclesie nostre. Nos etiam capitulum Coloniense propter futuros prepositos nominavimus et consensimus in Gozwinum decanum, Conradum subdecanum et Conradum de Buren ita, quod, quidquid omnes supradicti,

7. dum in omnes concordent, statuerint ordinaverint fecerint supra dictis curtibus, administratione prebendarum de dictis curtibus, mansis, attinentiis, locacionibus et obventionibus et super omnibus, que ipsis videbuntur expedire et contingere dictum neg-
8. gotium ratum habebimus et inviolabiliter observabimus. Et ut hoc cautius fiat et securius, auctoritas et consensus venerabilis patris domini Conradi Coloniensis archiepiscopi huic compromisso accedunt. Ad amplissimam etiam firmitatem, ut stetur
9. statuto, ordinationi seu pronunciacioni prefatorum, nos prepositus Susatiensis ad observationem nos obligamus sub pena quadringentarum marcarum; hoc idem facimus capitulum Susaciense ad eandem penam nos obligantes, ita quod non
10. servans servantibus vel non servantes servanti ad solutionem dicte pene teneantur. Nos vero capitulum Coloniense, Philippus prepositus Susaciensis et nos decanus et capitulum Susacienses predicti in testimonium huius compromissi et, ut supradicta rata et incon-
11. cussa permaneant, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponendum. Datum Colonie feria sexta ante nativitatem beati Johannis Baptiste. Anno Domini M° CC° quinquagesimo septimo.  
Pacem futuram et concordiam inter Philippum nunc preposi-
12. tum Susatiensem predictum et qui pro tempore fuerit et capitulum Susatiense prospicere volentes et difficultatibus et questionibus obviare, et statuimus et ordinamus de prefatis curtibus, mansis, attinentiis, obventionibus et locationibus de hiis, super quibus in
13. nos est compromissum in hunc modum: Prepositus dimittet capitulo Susatiensi octo curtes cum mansis ad eas pertinentibus, obventionibus, locationibus et utilitatibus earundem, has scilicet Provestinchof cum suis mansis et obventionibus
14. et attinentiis, Bosinchusen cum suis mansis et attinentiis exceptis duodecim pullis qui dantur Andree, Mulinchusen cum mansis et attinentiis exceptis octo pullis qui similiter dantur Andree, Anedopen cum suis atti-
15. nentiis exceptis octo pullis qui dantur die predicto, Kaldehof cum suis attinentiis exceptis sex pullis, qui dantur preposito eodem die, Nuthenen cum suis mansis et attinentiis exceptis duodecim pullis qui dantur eodem
16. die, Hernen cum suis mansis et attinentiis, item Kalle cum suis mansis et attinentiis, et exceptis decem et septem solidis qui dabuntur preposito in festo Olrici ad ligna comparanda, quos decem et septem solidos hii mansi da-

17. bunt ipsi preposito; in Bosinchusen duo mansi, item Roveslo tres mansi, item **Bruninchusen** duo mansi, item Einchusen mansus, item Elfindehusen mansus, item Opmene duo mansi, item Berewich duo mansi, item
18. Nuthenen mansus, item Volkelinchusen tres mansi; quilibet dictorum mansorum dabit preposito duodecim denarios. Alios vero redditus, obventiones, locationes, utilitates quascunque de dictis curtibus et mansis provenientes
19. capitulum retinebit. Si vero aliqui mansi ad predictas curtes pertinentes iure homagii a predicto preposito teneantur, prepositus eos porriget et ius suum, quod dicitur Herewede inde recipiet. Si etiam aliquem de predictis mansis
20. vacare vel vendi contigerit, qui de manu prepositi teneatur, si capitulum eum comparare voluerit, prepositus ei non negabit, dum modo aliquem ei constitutat, per quem ei in iure suo secundum conditionem eorundem mansorum caveatur.
21. In recompensationem vero predictorum, que idem prepositus capitulo dimisit, capitulum remittit preposito quatuor marcas, quas dare consuevit singulis annis capitulum in festo beati Andree; item in adventu Patrocli remittit decem
22. solidos pro antiqua cervisia, item in vigilia nativitatis Domini sex solidos et octo denarios pro servitio, item decem solidos in die Patrocli pro antiqua cervisia, item quadraginta quatuor solidos, quos prepositus in Qua-
23. dragesima dare consuevit singulis annis pro quatuor cervisiis. Item capitulum solvet pro proposito villico de Anedepen unam cervisiam videlicet undecim solidos, item unum servitium scilicet sex solidos, item tres solidos
24. pro albo pane, item undecim modios siliginis pro pane, pistori quatuor denarios, item quatuor maltos avene tribus modiis minus, item villico de Nuthenen quatuor maltos avene et tres modios. Nos vero arbitri
25. predicti hoc pronuntiatum sub pena predicta volumus et precipimus a partibus observari et ad idem compromissum et eiusdem ordinationes observantiam et ad eandem penam prepositum qui pro tempore fuerit pronuntiamus esse obliga-
26. tum. Nos etiam capitulum Coloniense .. prepositus Susatiensis et nos capitulum Susatiense in predictam ordinationem seu pronuntiatum consentimus et ad observationem omnium eorum, que ibidem posita sunt, nos et prepositus Susa-
27. tiensis et nos capitulum Susatiense sub pena predicta protestamur nos teneri. In quorum omnium testimonium et ad maiorem firmitatem sigilla nostra videlicet arbitrorum predictorum cum sigillis ecclesie Coloniensis, prepositi

28. Susatiensis et capituli Susatiensis presentibus sunt appensa. Datum Colonie in vigilia sanctorum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M° ducentesimo quinquagesimo septimo.

## Siegelbeschreibung

Insgesamt existierten elf Siegel, davon sind allerdings fünf Siegel abgebrochen und somit nur sechs erhalten.

Inhaber der erhaltenen Siegel sind (von links nach rechts):

- Kapitel von Soest-Patroclus
- Dekan Goswin
- Subdekan Konrad
- Kanoniker Winricus
- Scholastiker Rutgerus
- Thessaurar Robert

## Ortsnamen

Anedepen	Ampen, Kreis Soest, 801 Einw., erstmals erwähnt 833
Berewich	Berwicke, Kreis Soest, 312 Einw., erstmals erwähnt 1193-1205
Bosinchusen	Beusingsen, Kreis Soest, 204 Einw., erstmals erwähnt 1253
Bruninchusen	Brüningsen, Kreis Soest, 304 Einw., erstmals erwähnt 1257
Einchusen	Enkesen, Kreis Soest, 206 Einw., erstmals erwähnt 1232
Elfindehusen	Elfsen, Kreis Soest, 193 Einw., erstmals erwähnt 1232
Hernen	Herne, entweder Kreisstadt, 177683 Einw., erstmals erwähnt im 9. Jh., oder Lkr. Recklinghausen, 241 Einw., erstmals erwähnt im 12. Jh.
Kaldehyof	Kalthof, Märkischer Kreis, 2598 Einw.
Kalle	Hochsauerlandkreis, erstmals erwähnt 1042
Mulinchusen	Müllingsen, Kreis Soest, 377 Einw., erstmals erwähnt 1257
Nuthenen	Nötten, Kreis Soest, erstmals erwähnt 1166
Opmeine	Opmünden, Kreis Soest, 191 Einw., erstmals erwähnt im 9. Jh.
Provestinchoven	Pröbsting, Kreis Unna, 68 Einw., erstmals erwähnt 1257
Roveslo	Ruploh, Kreis Soest, 56 Einw., erstmals erwähnt 1134
Susatium	Soest, Kreisstadt, 48378 Einw., erstmals erwähnt 836
Volkelinchusen	Völlinghausen, Kreis Soest, 747 Einw., erstmals erwähnt 1223

## Abschrift der Urkunde und Zusammenfassung

Abschrift	Regest
<p>In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Nos Gozwinus decanus, Conradus subdecanus et Conradus de Buren canonici ecclesie Coloniensis in quos a capitulo Coloniensi, nos Winricus et Wilhelmus canonici Coloniensis in quos a Philippo preposito Susatiensi pro se et nos Rutgerus scolasticus, Robertus thesaur[ar]ius et magister Gerlacus canonici Susatienses in quos a capitulo Susatiensi compromissum est in hunc modum.</p>	<p>Die Kölner Domherren Dekan Gozwin, Subdekan Konrad und Konrad von Büren bekunden als Vertreter des Kölner Domkapitels, ebenso die Kölner Domherren Winrich und Wilhelm für den Soester Propst Philipp, außerdem die Soester Domherren, der Scholastiker Rutger, der Thesaurar Robert und der Magister Gerlak für das Soester Domkapitel, dass eine Übereinkunft wie folgt erzielt wurde.</p>
<p><i>Es folgt eine inserierte Urkunde</i></p>	
<p>Philippus Dei gratia prepositus ecclesie Susatiensis, decanus et capitulum eiusdem ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis innotescere veritatem. Cum inter nos prepositum ex una parte et nos decanum et capitulum ex altera difficultates et questiones aliquando sint exorte super administratione prebendarum de curtibus subscriptis videlicet Prevestinchoven, Bosinchusen, Anedepen, Kaldehof, Nuthenen, Hernen, Kalle cum suis mansis, attinentiis et obventionibus nos tranquillitati et paci prospicere volentes et, ut omnes difficultates et questiones conquiescant, compromissimus.</p>	<p>Da zwischen dem Propst Phillip von Soest einerseits sowie dem Dekan und Kapitel zu Soest andererseits Schwierigkeiten und Fragen bezüglich der Verwaltung der Pfründe aus bestimmten Höfen in Pröbsting, Beusingsen, Ampen, Kalthof, Nötten, Herne, Kalle mit seinen Hufen, Zubehörungen und Einkünften aufgetreten sind, kommt Philipp mit seinen Gegnern überein, einen Vergleich zu schließen.</p>
<p>Nos vero prepositus in dicto compromisso pro nobis nominavimus et consensimus in Winricum et Wilhelmum</p>	<p>Im Folgenden benennen die verschiedenen beteiligten Parteien ihre gewählten Schiedsrichter. Der Propst benennt als</p>

<p>canonicos maioris ecclesie Coloniensis, nos capitulum Susatiense in Rutgerum scolasticum, Robertum thesaurarium et magistrum Gerlacum canonicos ecclesie nostre. Nos etiam capitulum Coloniense propter futuros prepositos nominavimus et consensimus in Gozwinum decanum, Conradum subdecanum et Conradum de Buren ita, quod, quidquid omnes supradicti, dum in omnes concordent, statuerint ordinaverint fecerint supra dictis curtibus, administratione prebendarum de dictis curtibus, mansis, attinentiis, locacionibus et obventionibus et super omnibus, que ipsis videbuntur expedire et contingere dictum negotium ratum habebimus et inviolabiliter observabimus.</p>	<p>seine Vertreter Winrich und Wilhelm, Kanoniker der Kirche zu Köln. Das Kapitel zu Soest benennt den Scholaster Rutger, den Thessaurar Robert und den Magister Gerlak, Kanoniker der Kirche zu Soest, als seine Vertreter. Das Kapitel zu Köln benennt den Dekan Goswin, den Subdekan Konrad und Konrad von Büren. Die Parteien vereinbarten, alles das, was die Genannten beschließen werden, einzuhalten.</p>
<p>Et ut hoc cautius fiat et securius, auctoritas et consensus venerabilis patris domini Conradi Coloniensis archiepiscopi huic compromisso accedunt.</p>	<p>Zur größeren Vorsicht und Sicherheit und zur größeren Gewähr und Einheit, wird die Zustimmung des Kölner Erzbischofs eingeholt.</p>
<p>Ad amplissimam etiam firmitatem, ut stetur statuto, ordinationi seu pronunciationi prefatorum, nos prepositus Susatiensis ad observationem nos obligamus sub pena quadringentarum marcarum; hoc idem facimus capitulum Susatiense ad eandem penam nos obligantes, ita quod non servans servantibus vel non servantes servanti ad solutionem dicte pene teneantur. Nos vero capitulum Coloniense, Philippus prepositus Susaciensis et nos decanus et capitulum</p>	<p>Beide Parteien, der Propst zu Soest und das Kapitel zu Soest, verpflichten sich im Übertretungsfalle zu einer Strafe von 40 Mark. Die beiden Parteien, Propst Philipp zu Soest und der Dekan und das Kapitel zu Soest, bezeugen ihr Übereinkommen über das oben Beschlossene.</p>



<p>ulum Susacienses predicti in testimonium huius compromissi</p>	
<p>et, ut supradicta rata et inconcussa permaneant, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponendum. Datum Colonie feria sexta ante natiuitatem beati Johannis Baptiste. Anno Domini M° CC° quinquagesimo septimo.</p>	<p>Ankündigung der Unterschrift und der Siegel von Propst Phillipp zu Soest, dem Dekan und dem Kapitel zu Soest. Gegeben zu Köln, am 22. Juni 1257.</p>
<p><i>Ende des Inserts</i></p>	
<p>Pacem futuram et concordiam inter Philippum nunc prepositum Susatiensem predictum et qui pro tempore fuerit et capitulum Susatiense prospicere volentes et difficultatibus et questionibus obviare, et statuimus et ordinamus de prefatis curtibus, mansis, attinentiis, obventionibus et locationibus de hiis, super quibus in nos est compromissum in hunc modum: Prepositus dimittet capitulo Susatiensi octo curtes cum mansis ad eas pertinentibus, obventionibus, locationibus et utilitatibus earundem,</p>	<p>Um Frieden und Eintracht zukünftig zwischen Propst Phillipp und dem Kapitel zu Soest zu bewahren, entscheiden die beteiligten Schiedsrichter über die Höfe, Hufen, Zubehörungen, Einkünfte und Pachtzinsen wie folgt: Der Propst überlässt dem Kapitel Soest acht Höfe mit Äckern, zu diesen gehörend die Einkünfte, Pachtzinsen und Nutznießungen.</p>
<p>has scilicet Provestinchof cum suis mansis et obventionibus et attinentiis, Bosinchusen cum suis mansis et attinentiis exceptis duodecim pullis qui dantur Andree, Mulinchusen cum mansis et attinentiis exceptis octo pullis qui similiter</p>	<p>Diese Höfe sind im einzelnen Pröbsting mit seinen Äckern, Einkünften und Zubehör; Beusingen mit seinen Äckern und Zubehör außer zwölf Hühnern, die dem heiligen Andree (an seinem Tag) geschenkt werden; Müllingsen mit</p>

<p>dantur Andree, Anedopen cum suis attinentiis exceptis octo pullis qui dantur die predicto, Kaldehof cum suis attinentiis exceptis sex pullis, qui dantur preposito eodem die, Nuthenen cum suis mansis et attinentiis exceptis duodecim pullis qui dantur eodem die, Hernen cum suis mansis et attinentiis, item Kalle cum suis mansis et attinentiis, et exceptis decem et septem solidis qui dabuntur preposito in festo Olrici ad ligna comparanda, quos decem et septem solidos hii mansi dabunt ipsi preposito; in Bosinchusen duo mansi, item Roveslo tres mansi, item <b>Bruninchusen</b> duo mansi, item Einchusen mansus, item Elfindehusen mansus, item Opmene duo mansi, item Berewich duo mansi, item Nuthenen mansus, item Volkelinchusen tres mansi; quilibet dictorum mansorum dabit preposito duodecim denarios.</p>	<p>Äckern und Zubehör, außer acht Hühner, die ebenfalls dem heiligen Andree überlassen werden; Ampen mit seinem Zubehör, ausgenommen acht Hühnern die am gleichen Tag gegeben werden; dasselbe gilt für Kalthof, jedoch sind es hier nur sechs Hühner; Nötten mit seinen Äckern und Zubehör außer zwölf Hühnern; Herne mit Äckern und Zubehör; ebenfalls Kalle, außer siebzehn Schillingen, die am Fest des heiligen Ulrichs zum Holzkauf gegeben werden, ebenso gibt dieses siebzehn Schilling dem Propst selbst; in Beusingsen zwei Äcker; ebenso drei Äcker in Ruploh; zwei Äcker in <b>Brüningsen</b>; ein Acker in Enkesen und Elfsen; des weiteren jeweils zwei Äcker in Opmünden und Berwicke, ein Acker in Nuthenen und drei Äcker in Völlinghausen. Jeder der genannten Höfe gibt dem Propst zwölf Pfennig.</p>
<p>Alios vero redditus, obventiones, locationes, utilitates quascunque de dictis curtibus et mansis provenientes capitulum retinebit. Si vero aliqui mansi ad predictas curtes pertinentes iure homagii a predicto preposito teneantur, prepositus eos porriget et ius suum, quod dicitur Herewede inde recipiet. Si etiam aliquem de predictis mansis vacare vel vendi contigerit, qui de manu prepositi teneatur, si capitulum eum comparare voluerit, prepositus ei non negabit, dum modo aliquem ei constitutat, per quem ei in iu-</p>	<p>Die anderen Einkünfte, Pachtzinsen und Nutzen, welche auch immer die genannten Höfe und Äcker hervorbringen, erhält das Kapitel. Wenn das Kapitel einen der genannten Äcker, die dem Propst gehörig sind, kaufen will, wird der Propst dies nicht verhindern.</p>

<p>re suo secundum conditionem eorundem mansorum caveatur.</p>	
<p>In recompensationem vero predictorum, que idem prepositus capitulo dimisit, capitulum remittit preposito quatuor marcas, quas dare consuevit singulis annis capitulo in festo beati Andree; item in adventu Patrocli remittit decem solidos pro antiqua cervisia, item in vigilia natiuitatis Domini sex solidos et octo denarios pro servitio, item decem solidos in die Patrocli pro antiqua cervisia, item quadraginta quatuor solidos, quos prepositus in Quadragesima dare consuevit singulis annis pro quatuor cervisiis.</p> <p>Item capitulum solvet pro proposito villico de Anedepen unam cervisiam videlicet undecim solidos, item unum servitium scilicet sex solidos, item tres solidos pro albo pane, item undecim modios siliginis pro pane, pistori quatuor denarios, item quatuor maltos avene tribus modiis minus, item villico de Nuthenen quatuor maltos avene et tres modios.</p>	<p>Im Gegenzug zu dem, was der Propst dem Kapitel überlässt, übergibt das Kapitel dem Propst jedes Jahr vier Mark, welche er gewohnt war, am Fest des heiligen Andree dem Kaptitel zu geben. Er erhält zudem an der Ankunft des heiligen Patroclus zehn Schilling für Altbier. Am 24. Dezember erhält er sechs Schilling acht Pfennig für den Gottesdienst. Zehn Schilling erhält er am Tag des heiligen Patroclus für Altbier. Vierundvierzig Schilling übergibt das Kapitel zu Soest dem Propst, von denen dieser gewöhnlich vierzig Schilling jedes Jahr für vier Fässer Bier gibt.</p> <p>Ebenso zahlt das Kapitel für das vom Propst verwaltete Anedopen ein Fass Bier und elf Schilling, sowie einen Dienst von sechs Schilling. Zudem drei Schilling für Weißbrot, elf Modii Weizen für Brot, zehn Pfennig dem Bäcker und vier Malter Hafer.</p>

<p>Nos vero arbitri predicti hoc pronuntiatum sub pena predicta volumus et precipimus a partibus observari et ad idem compromissum et eiusdem ordinationes observantiam et ad eandem penam prepositum qui pro tempore fuerit pronuntiamus esse obligatum.</p> <p>Nos etiam capitulum Coloniense .. prepositus Susatiensis et nos capitulum Susatiense in predictam ordinationem seu pronuntiatum consentimus et ad observationem omnium eorum, que ibidem posita sunt, nos et prepositus Susatiensis et nos capitulum Susatiense sub pena predicta protestamur nos teneri.</p>	<p>Es versichern alle Parteien die oben genannten Vereinbarungen einhalten zu wollen und bekräftigen ihr Einverständnis.</p> <p>Das Kapitel zu Köln, der Propst zu Soest und das Kapitel zu Soest geben an, in den oben stehenden Anordnungen und Grundsätzen übereinzustimmen.</p>
<p>In quorum omnium testimonium et ad maiorem firmitatem sigilla nostra videlicet arbitrorum predictorum cum sigillis ecclesie Coloniensis, prepositi Susatiensis et capituli Susatiensis presentibus sunt appensa.</p>	<p>Ankündigung der Unterschriften und der Siegel der Aussteller (die Kirche zu Köln, der Propst von Soest, das Kapitel zu Soest)</p>
<p>Datum Colonie in vigilia sanctorum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M<sup>o</sup> ducentesimo quinquagesimo septimo.</p>	<p>Gegeben zu Köln, am 28. Juni 1257.</p>